

*Instrumentum permutationis tra
Nicola Zappa, arciprete, e Ursio
de Abriola, abitante in Potenza.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum permutationis tra
Nicola Zappa, arciprete, e Ursio
de Abriola, abitante in Potenza.*

1434 marzo 7

Iesus. † In nomine domini nostri Iesu Cristi, amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo tricesimo quarto, regnante serenissima et illustrissima domina nostra Iohanna secunda, Dey gratia Hungarie, Ierusalem, Scicilie, Dalmatie, Crohatie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie Vulgarieque regina, Provincie et Forqualquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno vicesimo, feliciter, amen, die septimo mensis marcii, secundedecime indictionis, apud civitatem Potencie.

1

Nos Iacobus de Aliduca de civitate Potencie ipsiusque civitatis annalis iudes pro dicto presenti anno dicte septime indictionis, Rogerius de Lauro de terra Athene, incola seu habitator civitatis nominate, puplicus ubilibet per totum regnum Scicilie reginali auctoritate notarius et testes subscripti de eadem civitate, viri quidem liciterati ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico instrumento fatemur, notumfacimus et testamur quod eodem predicto die eiusdem ibidem adcersitis nobis qui supra iudice, notario et testibus infrascriptis ad petitionem et preces nobis factas per venerabilem virum dopnum Nicolaum Zappam, archipresbiterum et procuratorem ac yconomum ecclesie Sancte Trinitatis de Potencia, ut dixit, ad ecclesiam predictae Sancte Trinitatis et in nave eiusdem ecclesie, invenimus subscriptos presbiteros, videlicet dopnum Leonardum de Naccaruso, dopnum Galterium de Avigliano et dopnum Angelum de Venera, dicti collegii unanimiter congregatos ad sonum campanelle, ut moris et iuris est, ubi solent pro utilitate et quomodo dicte ecclesie congregari, ex Così A.

una parte, et Ursius de Abriola, habitator dicte civitatis Potencie, pro se et suis heredibus et subcessoribus ex parte altera. Ipse quidem dopnus Nicolaus Zappa archipresbiter, procurator et yconomus dicte ecclesie agens et consenciens primo in nos predictos iudicem et notarium ut in suos cum sciret ex certa eius scientia nos suos iudicem et notarium in hac parte non esse nostram iurisdictionem voluntarie prorogando, presente quoque reverendo in Cristo patre et domino Iacobus, Dey et Apostolice Sedis gratia episcopo Potentino, qui dicto archipresbitero in toto presenti contractu suum assensum et auctoritatem prestitit. Ipse vero dopnus Nicolaus archipresbiter et procurator, ut supra, in nostri presencia et predicti collegii et predicti domini episcopi exposuit et constanter asseruit dictam ecclesiam tenere et possidere quandam domum scitam et positam intus civitatem Potencie in parrochia ecclesie Sancte Trinitatis suis loco et finibus designatam, videlicet a superiori parte ipsius domus iuxta domum ipsius ecclesie Sancte Trinitatis, muro comuni mediante, ab uno latere mediante quintana vicinali et ab alio latere iuxta stratum publicam et alios fines, quasi ad ruynam deductam et minus utilem dicte ecclesie Sancte Trinitatis, ob defectum modice actationis et quasi minabantur ruynam, ad subscriptam permutacionem et cambium cum ipso predicto Ursio de Abriola pro parte dicte ecclesie Sancte Trinitatis et collegii atque clericorum eiusdem ecclesie devenerunt cum altera domo dicti Ursii scita et posita intus dictam civitatem Potencie in parrochia ecclesie Sancti Michaelis, etiam suis loco et finibus designatam, videlicet ab uno latere iuxta domum magistri Crissii, canale comuni mediante, ab alio vero latere iuxta domum Antonelli de Porta, muro comuni mediante usque ad

astricum et de in antea usque ad coperticium, mediante quadam fenata ornata calce, etiam iuxta domum ipsius ecclesie Sancti Michaelis, muro et canale mediantibus, iuxta stratam puplicam et alios fines. Conspicientes itaque dictus archipresbiter procurator, ut supra, et collegium ipsum sagacii inter eos et in eorum mentibus cogitantes, cum pleno ut supra consensu, auctoritate, beneplacito et assensu predicti domini reverendi episcopi Potentini, presentis ibidem et suum assensum in toto predicto contractu prestantis. Providentesque de communicato consilio omnium clericorum dicti collegii ecclesie memorate observatis debitis sollempnitatibus oportunis, que in permutandis rebus ecclesie requiruntur a iure, honore ecclesiastico, dignitate ad invicem fecerunt dictam permutationem et cambium dictorum domorum ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum, nec non ad faciendum de eis quicquid dicte ecclesie et prefato Ursio et suis heredibus et successoribus placuerit absque impedimento quocumque partium predictarum, sine molestia et contrarietate, sine heredum eorum ac omnium hominum requisitione omni tempore imposterum. Et quia dicta permutatio non videbatur equalis, dictus Ursius de Abriola superaddidit et refudit dicto dopno Nicolao Zappe archipresbitero, procuratori et iconomi dicte ecclesie Sancte Trinitatis, presenti et recipienti ibidem nomine supradicte ecclesie Sancte Trinitatis in carlenis argenti sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, unciam unam, quam unciam dictus archipresbiter, procurator et yconomus, ut supra, presentialiter et manualiter coram nobis recepit et illud plus quod forte valeret dicta domus ecclesie permutata per eundem archipresbiterum aut

valere posset in futurum, predictus archipresbiter, procurator et yconomus dicte ecclesie Sancte Trinitatis, cum auctoritate, assensu et beneplacito dicti reverendi domini Iacobi episcopi Potentini, ibidem presentis et acceptantis, et collegii prelibati, titulo donacionis inrevocabiliter inter vivos, donavit eidem Ursio et suis heredibus et successoribus imperpetuum, et sic e converso Ursius ecclesie prelibate donavit. Renunciantes propterea dicte partes eorum spontanee voluntatis exceptioni doli mali, vis, metus et in factum, exceptioni predictarum earum non permutatarum, nec pecunie non recepte, nec ponderate, nec boni argenti, item iuri longobardo et omni legum auxilio per quod presens permutationis contractus pati posset in aliqua lesione. Certiorati exinde quod possent se iuvare de iuris beneficio competenti, quapropter predictae partes una alteri et altera alteri et ambe simul obligaverunt se sub pena unciarum auri viginti de non contrafaciendo et predictas permutationes, ut supra antedictas et dictas, defendendo et contra non faciendo. Et ad maiorem cautelam una pars alteri et altera alteri corporaliter tactum prestiterunt iuramentum numquam contra predicta venire per se ipsos et heorum heredes omni tempore subcedenti. Unde ad futuram memoriam et supradictorum partium requisitiones et preces quorum et cuius interest et poterit interesse, certitudinem et cautelam factum est exinde presens publicum instrumentum permutationis per me predictum notarium signo meo solito signatum, signis, subsignationibus et subscriptionibus nostri qui supra iudicis et nostrum subscriptorum testium penitus roboratum.

2

3

Il prete Nicola Zappa compare con la dignità di suddiacono nel 1407 (ADPz, fondo Trinità, perg. n. 63), diacono nel 1413-1415 (ivi, nn. 64-66, 69), almeno dal 1426 è arciprete della Trinità (ivi, n. 75). In qualità di arciprete, sottoscrive una pergamena di San Francesco di Potenza del 14 luglio 1431 relativa ad una donazione a favore del convento di San Francesco (ASPz, fondo San Francesco, perg. n. 40; cfr. FORTUNATO, *Badie, feudi e baroni della valle di Vitalba*, vol. III, *Cartulario e Codice Potentino*, p. 345) e altre nello stesso anno e nei seguenti. Ancora tale è nell'anno 1455 (ADPz, fondo Trinità, perg. n. 70bis). Dopo quasi un ventennio di vuoto temporale, i documenti ci danno notizia che nel 1473 arciprete della Trinità è Angelo Grippo (ADPz, fondo Trinità, perg. n. 89), nel 1482 Pietro de Ayeto (ivi, perg. n. 90) e nel 1493 Vito de Laurenczana (ivi, perg. n. 20), già procuratore ed economo della chiesa nel 1471 (ivi, perg. n. 88).

Giacomo Squaquera, già monaco e poi abate del monastero cistercense di Santa Maria dell'isola di Ponza, fu vescovo di Potenza dal 25 febbraio 1429, dopo il trasferimento di Angelo all'arcidiocesi di Rossano, fino al 1450, anno della sua morte. In un sinodo del 1436 riconfermò il decreto capitolare in base al quale per godere del canonicato era requisito indispensabile risiedere in sede. Amministrò con saggezza il patrimonio della chiesa potentina, anzi, lo incrementò approfittando della dilagante peste con l'acquisto a prezzo modesto nel giugno del 1431 di terreni siti nel tenimento di Potenza, confinanti con terre della chiesa di San Zaccaria, nel luogo chiamato Matina della Massara e Matina di Rivisco (UGHELLI, *Italia Sacra*, VII, coll. 140-141; GAMS, *Series episcoporum*, p. 914; EUBEL, *Hierarchia catholica*, I, p. 407; II, p. 218; RENDINA, *Istoria della città di Potenza*, ediz.

8

4

5

6

7

Quod scripsi ego idem Rogerius de Lauro puplicus ut supra notarius, qui premissis omnibus vocatus et rogatus interfui ipsumque meo solito et consueto signo signavi, superius autem in quatragesimo tercio virgulo ubi legitur «et ambe simul» intervirgulatum, emendatum et adactatum est per me predictum notarium non vicio sed errore quia inscribendo erravi, unde pro autentico habeatur. (SN) Rogerius † Ego Antonellus de Roto ad contractus iudex subrogatus vigore et auctoritate quarundam reginalium licterarum cum potestate mihi concessa per dictam mayestatem quod possim me subscribere loco iudicum premortuorum non quod fatear me interfuisse in presenti contractu, set ut repertuma est in actis et prothocollis notarii Rogerii de Lauro, subrogatus mea propria manu subscripsi et meo proprio signo signavi. (S) Antonellus † Ego Gaspar domini Cicci testis sum. † Ego dopnus Leonardus de Saccho canonicus Potentinus testis interfui.

Abbondanza, pp. 228, 276; ediz. Villani-Mariano-Caserta, pp. 210, 282-283; PEDIO, *La Basilicata dalla caduta dell'Impero romano agli Angioini*, V, *La Basilicata da Roberto a Renato d'Angiò*, pp. 202-203).

Così A.

Così A, si *legga* designata.

Così A, si *legga* iconomo.

Et ambe simul *vergato* nell'interlineo.

*Instrumentum permutationis tra Nicola Zappa,
arciprete, e Ursio de Abriola, abitante in Potenza.*

9

8

9

*L'ordinale tercio è vergato nell'interlineo.
In A sub subscripsi.*